


**Programma a Decano Reliquisque Theologicae in Academia Rostochiensi  
Facultatis Doctoribus, In Funere ... Viri Dn: M. Samuelis Bohlii, Theologiae  
Professoris vigilantissimi propositum. Quo omnes omnium ordinum Cives  
Academicos ... invitantur**

Rostochii: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746827148>

Druck Freier  Zugang






Facult. theol.

in S. Bohl.


R. 1639.

43.
















PROGRAMMA

6-147.

à

3.

DECANO


Reliquisque Theologicæ in  
Academia Rostochiensi Facul-  
tatis Doctōribus,

*In Funere*

REVERENDI CLARISSIMI ET  
Doctissimi VIRI

DN: M. SAMUELIS  
BOHLII, Theologiæ Professoris  
vigilantissimi propositum,

*Quo omnes omnium ordinum Cives Acade-  
miæ ad exequias sua presentia coho-  
nestandas invitantur.*



ROSTOCHII,

apud NICOLAI KILII, Acad. Typogr.  
Anno MDCXXXIX.





Uoties quotidianos rerum  
humanarum Eventus, quos non  
coeco quodam fato, sed divinâ con-  
tingere *dicibit Cor DEI* id est, Sacra  
docet Scriptura, oculis verè Christi-  
anis contemplamur, toties in mentem venire no-  
bis solet, vel illud Esaiianum; *Non eadem mea quæ  
vestra sunt cogitationes, nec eadem vestra, quæ mea  
sunt rationes*, inquit Jehova; *Nam quantum cæli  
terras supereminet tantum mea rationes cogitationesq;  
supereminent vestras*; Vel hoc Paulinū: *Ως ἀνεξέτη.  
ἡτα τὰ νεύματα τῶ Θεοῦ, καὶ ἀνεξήγητοι αἱ σοφαὶ αὐτῶ; Τίς γὰρ  
ἐγνώσκει τὰ κρυφά;* Quæ ipsa divini Spiritus oracula,  
in Veteris & Novi Testamenti Codicem saluber-  
rimo relata consilio, in mentem nobis venisse,  
cum fama de obitu Dn. M. SAMUELIS BOHLII  
Professoris Nostri desideratissimi ad nostras per-  
veniret aures, inficias ire haud possumus. Et non  
deessent nobis verba, quibus in utriusq; Oraculi  
Prophetici & Apostolici applicatione ad Ingres-  
sum, Progressum & Egressum Vitæ Dn. M. BOHLII,  
uti hisq; chartam hanc tingere possemus, sed quia  
Res & Tempus requirit, ut *quod de Vita, Actioni-  
bus & Obitu Viri hujus Diligentissimi & Doctissi-  
mi ad nos perscriptum est, recitemus*, Officio Nostro  
& Mori consueto non decrimus. Dn. M. SAMUEL  
BOHLIUS Anno 1611, hoc ipso Mense Majo, quo  
supremum vale Mundo dixit, Mundum hunc in-  
gressus



gressus est, in Civitate Pomeraniæ ulterioris Gryphenbergâ, Ibidem ex Consultissimo & Prudentissimo Patre PAULO Bohlen Senatore & Advocato, & Matre ANNA Friedborns Matrona honestissima natus est, Parentes postquam hunc suum filium Christo per Baptismum inseri, pietatis præceptis imbui & à fidis Præceptoribus tum domi suæ, tum in Schola Patria erudiri, per aliquot annos curassent, eum postmodum Gryphiswaldiam, inde Stralsundiam ad minores Scholas ablegarunt, ut quæ in Patria cæperat, ibidē continuaret. Dum Parentes id, quod se decebat faciebant, nec Macarites noster suo defuit officio, cumq; ingeniū ipsi contigisset felix, feliciter in studio progressus est, donec Anno post Christum natum 29, ad Academiam Witebergensem ablegaretur. Non ille in hac Schola superiore, quod proh dolor hodiè nimis quàm frequens est, otio, ignavia, helluationibus, scholasticis & actionibus tempus perdidit, sed memor illius, dic cur hic, sedulo & serio ad eruditionem contendit. Postquam Witebergæ per triennium strenuè literis incubuerat, Regiomontum concessit Anno 1632. quem se triennio illo quo ibidem vixit gesserit, malumus Magnifici Rectoris & illius Academiae Senatus verbis quàm nostris referre. Potestate ipsi factâ (verba sunt Testimonij Regiomontani) privatim tum legendi

A 2

tum



tum disputandi: eâ ita fuit usus, ut & Academiæ nostræ magno ornamento & Studiosæ juventuti insigni emolumento fuerit, & sibi immortale apud nos nomen comparârit. Nam & *ante promotionem* Collegia tum Chaldaico-Syriacum Grammaticum & Practicum; tum Arabicum, in quo Passionem dominicâ explicuit; tum aliud Grammaticum, in quo Grammaticam Hebræam suo pte Marte summa diligentia Methodicè conscriptam proposuit: Et *post promotionem* Propheticum tum super Esaiam Oratorium: in quo & verum vatis sensum tradidit & in certas eum Orationes sive Conciones tribuit; ad quarum imitationem sex quoq; Orationes Hebrææ, ipso <sup>Ἡεροδιώτη</sup> & Moderatore, approbantibus eas priùs Dominis Theologis, à Studiosis stylo Prophetico publicitus fuerunt habitæ: tum super Malachiam Grammaticum: In quo præcepta Grammaticæ Hebrææ, ante promotionem dictata accuratè revidit clariusq; rara dexteritate explicuit: tum Rabbinicum disputatorium privato-publicum super Daniele ex Rabbi Joseph Jachiade: tum Aramicum sive Chaldaico-Syriacum super Esdram & Epistolam ad Romanos, Unde ipso itidem directore Orationes Caldaicæ & Syriacæ aliquot habitæ à linguarum Orientalium Studiosis publicè in <sup>ἀνεγάρτησιν</sup> Majori fuerunt. Ad hæc tres disputationes super Esaiam  
Anti.



anti-Rabbinicas, consensu Dnn. Theolôgorum,  
publicè habuit, easdem volente domino alibi con-  
tinuaturus. Ut ita præceptorum Grammaticorū  
in linguis suprâ dictis *γλώσσιν* cum ipsa *πράξει* & usu,  
magno cum operæ precio & incredibili Candida-  
torum Linguarum Orientalium utilitate semper  
conjungens, hoc verissimū elogium à nobis nunc  
reporret: Linguas Orientales suprâ nominatas ha-  
cenus in Academia Regiomontana inde à prima  
ejus fundatione nunquam floruisse magis, quàm  
vivente in ea ac florente **M. SAMUELE BOHL**. Cæ-  
terum ita vixit, ut in cōversatione suâ nemini fue-  
rit gravis, non nimis multis iisq; doctis & bonis  
duntaxat familiaris &c. &c. &c. Regiomonto dis-  
cedens Anno 1635. invitatus fuit à pl. Reverendo  
& Clarissimo Virò Dn. **JACOBO FABRICIO SS.**  
Theol. Doct. & Pomeraniæ Orientalis Generali  
Superintendente, ut apud ipsum aliquantisper cō-  
moraretur. Invitanti paruit, annum integrum ejus  
domum inhabitavit, & filij loco habitus fuit. Ste-  
tino ad nos Anno 1636. I. Augusti venit, Quæ ejus  
hic prima fuerint studia, nihil attinet prolixè re-  
ferre: cum nulli illa ignota esse potuerint, quæ o-  
mnibus septimanis, quin & diebus in literatorum  
incurrerent oculos. Eruditione & diligentia sibi  
non solum studiosæ Juventutis, quæ ipsum maxi-  
ma copia quater de die dexterrimè & feliciter He-



bræas literas docentem audivit, amorem concilia-  
vit, sed & id effecit, ut Amplissimus hujus Urbis Se-  
natus Academiæ Cōpatronus, eum plur. Reveren-  
do & Clarissimo Viro Dn. STEPHANO CLOTZIO  
Theol. D. à nobis ad Generalem Superintendentiæ  
Holsatiæ evocato, in professione dederit Successo-  
rem. At non diu licuit juventuti hoc uti Magistro,  
& quî potuit? cum laborando se conficeret, &  
gnaviter pergendo, urgendo, id efficeret, ut pulpi-  
ta & Cathedræ nostræ ex discipulis ejus plurimos  
Hebræo & Chaldæo sermone perorantes & ser-  
mones conferentes non rarò audirent, quæ ipsum  
jam Magistrum indefessis laboribus consumptum  
audire amplius nequeunt. Præterito die solis im-  
becillitatem sentire cepit, quæ ipsum die Lunæ le-  
cto affixit, die Veneris post tertiam pomeridianã  
vitâ, quã in terris 28. annos vixit exiit, Si M. BOH-  
LIUM vitâ exutū dicere fas est, qui bihorio ante obi-  
tū corpore & sanguine Christi se pavit, mente per  
omnia sibi constanti, astantibus & auscultantibus  
Dn. Hospite, Viro plurimùm Reverendo Dn. D.  
JOHANNE QUISTORPIO, Facultatis nostræ  
Seniore, Collega & Amico nostro honorando,  
Dn. Superattendente Viro Reverendo Dn. CON-  
STANTINO FIDLERO, cætu juvenum & Matro-  
narum, ferventibus ad Salvatorem suum fufis vo-  
tis ex mundo hoc immundo exire & cum Christo  
sponso



sponso suo gloriosissimo conjungi petijt. Ipse sibi  
ipfi exitus ex hac vita vates fuit, an secundū illud?

*Cantator cygnus funeris ipse sui.*

Non enim solū triduo antequam lecto affigeretur  
affirmavit, se in somniis sibi visum Stralsundum e-  
vocatū, & ut super his verbis: *Homo de muliere  
natus brevi vivit tempore & plenus est laborum &  
arumnarum*, concionem haberet in junctum sibi  
fuisse; sed & tribus horis ante, quā animam Sal-  
vatori reddidit, lecto astantibus dixit: Post horā  
tertiam auditam mundo exibo & ad coelestes cō-  
migrabo oras, ad exemplū scilicet aviculæ, quæ a-  
pertā caveā non ejicitur sed evolat. Hæc nimirum  
vitæ nostræ clausula est, manum tandem amovere  
cogimur de tabula, & tum, ut in picturis fieri so-  
let, velarium crassum amovetur, & suum cuiq; de-  
munijs vitæ nostræ (quæ nihil aliud quam mors  
vitalis) consummatis & ad umbilicum perductis  
loquendi ac judicandi permittitur arbitrium. He-  
bræi sapientis Monitum est non minūscitum  
quā verum: Ante mortem ne laudes hominem  
quenquam.

*Scilicet ultima semper*

*Expectanda dies homini est; dicitque beatus*

*Ante obitum nemo, supremaq; funera debet,*

Illorum meritò laudamus Virtutem, quorum jam  
certa victoria est, quorum Anima est in sinu Abra-  
hæ,



hæ, quam sedem animæ BOHLII ut non invidemus, ita post egressum animæ de Corpore ejus id statuimus, quod ipse de Corporibus statuere solet humanis, cum in vivis esset, miseriæ humanæ non immemor, Cadaver esse, secundum illud Poëtæ:

*Post hominem Vermis, post vermem factor & horror,*


*Sic in non-hominem vertitur omnis homo-*

*Nil nisi terra sumus, sed terra nil est nisi fumus:*

*Sed nihil est fumus, nos nihil ergo sumus.*

Nos Academiæ Cives, quod Christiani officij ratio & *Ευταξίας* Academiæ necessitas à nobis postulat, & sedulitati honoriq; defuncti ac superstitum solatio debetur, *ὀλοψύχως* frequenter præstemus. Adeste, & Professoris Nostri exuvias ex ædibus Reverendi plurimum Dn. D. JOHANNIS QUISTORPII, Facultatis nostræ Senioris Collegæ & Amici nostri honorandi ædibus horâ dimidiâ prima efferendas & sancto dormitorio in templo Mariano inferendas frequenter comitaminj, interq; eundem Academiam, almam Matrem, hujusq; Cancellarium Magnificentissimum & Episcopum Reverendissimum, Illustrissimum ac Celsissimum Principem ac Dominum nostrum cum Illustrissima Conjuge & Illustrissima utriusq; sexus Profapia, sed & Amplissimum & Prudentissimum Senatū, sed & Provinciam sed & Urbem & omnia quæ DEI Nomini gloriosa nobisq; omnibus salutaria esse possunt, calidis Jehovahæ Gratiolissimo cōmittite suspirijs. P. P. sub sigillo Facultatis Theologicæ B, Maij Anno 1639.




















sponso suo gloriosissimo conju  
ipsi exitus ex hac vita vates fuit,

*Cantator cygnus funeris*

Non enim solū triduo antequa  
affirmavit, se in somniis sibi vi  
vocatū, & ut super his verbi  
*natus brevi vivit tempore* & *pl*  
*arumnarum*, concionem habe  
fuisse; sed & tribus horis ante,  
vatori reddidit, lecto astantib  
tertiam auditam mundo exibo  
migrabo oras, ad exemplū scili  
peritā caveā non ejicitur sed ev  
vitæ nostræ clausula est, manum  
cogimur de tabula, & tum, ut i  
let, velarium crassum amovetur  
munijs vitæ nostræ (quæ nihil  
vitalis) consummatis & ad um  
loquendiac judicandi permittit  
bræi sapientis Monitum est no  
quàm verum: Ante mortem ne  
quenquam,

*Scilicet ultima sen*

*Expectanda dies homini est; dicitur*

*Ante obitum nemo, supremaq;*

Illorum meritò laudamus Virtu  
certa victoria est, quorum Anim

*Ipsē sibi  
illud!*

*figeretur*

*ndume-*

*muliere*

*orum*

*tum sibi*

*nam Sal-*

*ost horā*

*stes cō-*

*, quæ a-*

*imirum*

*movere*

*feri so-*

*uiq; de*

*m mors*

*eductis*

*m. He-*

*ditum*

*minem*

*t,*

*am jam*

*Abra-*

*ha,*

